

HISTORICA
MONUMENTA
ORDINIS SANCTI HIERONYMI
CONGREGATIONIS
B. PETRI DE PISIS.

EDITIO SECUNDA


LONGE AUCTION, ET CORRECTION,
Ac documentis nunc primum editis illustrata.

AUTHORE

JO: BAPTISTA SAJANELLO

Ejusdem Ordinis & Congregationis Rectore Generali,
Patavini Collegii Doctore Theologo,
& S. Inquisitionis Consultore.

TOMUS SECUNDUS.



ROMÆ MDCCLX.

PROSTANT PATAVII APUD JO: BAPTISTAM CONZATTI.

SUPERIORUM PERMISSU.

Item unam Bursiam a Corporalibus de Ciranino cremelino cum puero Jesu in medio rechamato cum perlis.

Item sex fazoletos pro Calicibus laboratos de seta.

4 Item &c. (*omissis*) (4.)

Item unum Rationale Divinorum Officiorum, quod alias præfatus Reverendissimus Episcopus mutuo habuerat a dicto Monasterio S. Mariæ Magdalene quando venit Veronam.

Item &c. (*omissis*.)

Quæ omnia & singula suprascripta bona sic ut supra data & consignata per præfatum Reverendissimum Dominum Episcopum suprascriptus Dom. Fr. Petrus de Hispania Prior dicti Monasterii S. Mariæ Magdalene de extra Tarvisium renunciando exceptioni dictorum bonorum non sibi datorum vel consignatorum ut supra, confessus & manifestus fuit se habuisse & manualiter recepisse a præfato Domino Episcopo dante & consignante omnia & singula bona suprascripta nomine dicti sui Monasterii. De quibus bonis sic ut præmittitur per eum habitis & consignatis fecit finem & quietationem ipsi Reverendissimo Dom. Episcopo dicto nomine. Promittens &c.

Post autem suprascriptam assignationem dictorum bonorum & confessionem receptionis eorum cum ita esset quod præfatus olim Dominus Hieronymus restasset debitor pro scriptura suprascripta Breviarii novi Dompno Martino de Parma de Ducatis quattuor; convenit dictus Fr. Petrus vendere dicto Domino Episcopo dictum Breviarium novum pro pretio sexdecim Ducatorum, prout extimatum fuerat. Et ita pro pretio prædicto dictus Fr. Petrus titulo & nomine venditionis pretio & foro Ducatorum sexdecim dedit tradidit & vendidit ipsi Domino Episcopo dictum Breviarium: quod quidem pretium dictus Dom. Fr. Petrus renuncians &c. confessus & manifestus fuit se habuisse & recepisse hoc modo, videlicet habuisse & manualiter recepisse ab ipso Domino Episcopo Ducatos duodecim auri eidem Fratri Petro datos & numeratos in præsentia dictorum testium & mei Notarii infra scripti. Et Ducatos quatuor promisit idem Dominus Episcopus dare & solvere dicto scriptori & ipsum contentare: de quo pretio dictus Dom. Frater Petrus Prior præfatus nomine dicti sui Monasterii dixit & vocavit, sibi bene satisfactum &c. Promittens &c.

Ego Jacobus fil. qnd. Domini Gulielmi de Burgo de Cremona publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius prædictis omnibus interfui, & rogatus scripsi.

1. Sic Autographum. Quis autem sit hujusmodi Liber, non intelligo.

2. Libros Moralium a S. Gregorio Magno editos scio: Libros vero Moralium S. Augustini nunquam audiui.

3. Quid significant hæc due voces gramitis, & citanino non intelligo, nec eas lego apud Cangiium. Cremelino, sive Carmelino significat colorem ostrinum purpureum.

4. Omitto brevitatis gratia alias domesticas suppellectiles; tum etiam infra.

Innocentius Octavus Pontifex deputat Commissarios, qui permittant Missas pro Petro de Balecio celebrari a Fratribus nostris.

K

1487. 13. Novembris.

Est in nostro Bullario.

Alexander Sextus Pontifex quasdam eleemosynas erogandas in pauperes concedit converti in subsidium Cœnobii Tarvisini.

L

1497. 5. Decembris.

Est in nostro Bullario.

Venetus Senatus scribit Magno Magistro Rhodi, ut Fratribus nostris concedatur Ecclesia S. Martini intra mœnia Tarvisii.

M

1513. fine die.

Ex Archivo nostro S. Mariæ Magdalene Tarvisii.

Reverendissimo Domino Magno Magistro Rhodi.

H Abebant Venerabiles Religiosi Fratres nuncupati heremitæ Congregationis Fratris Petri. *Hist. Monum. Tom. II.*

tri de Pisis Templum & Cœnobium fatis insigne extra muros Civitatis nostræ Tarvisii sub titulo B. Mariæ Magdalene, quod ob bellorum tumultus, & ut Civitas ipsa nostra ab invasione inimicorum tueri posset, demo-

X x 2

liri

liri necessarium fuit, quo infausto eventu coacti sunt præfati Venerabiles Religiosi se & sua intra Civitatem recipere. Procurantes autem omni eorum possibili industria & inquisitione locum in præfata Civitate habere, in quo Divinum Officium juxta eorum laudabilem consuetudinem ad Dei Optimi Maximi inprimis honorem & populi deinde spiritualementem consolationem celebrare, necnon Regularem Observantiam ad ipsorum Venerabilium heremitarum perpetuam salutem manuteneant possent, unum invenerunt, in quo quædam Ecclesia S. Joannis Ordinis Hierosolimitani sita est, quæ Præceptoris S. Joannis a Templo Civitatis nostræ prædictæ Tarvisii membrum esse dicitur, cujus fructus & proventus valorem annuum Ducatorum Decem & octo auri non excedunt, quos percipit Reverendus Nobilis noster D. Aloysius Marcello Miles Hierosolimitanus S. Joannis a Templo Tarvisii Præceptor: quo ita contentante, Reverendissimam Dominationem Vestram rogatam esse volumus, placeat in præcipuam gratificationem nostram permittere ut Ecclesia ipsa S.

Martini Tarvisii a Præceptoris prædictæ S. Joannis a Templo sequegetur, & cum omnibus juribus & pertinentiis suis perpetuis temporibus detur præfatis Venerabilibus heremitis, uniaturque & incorporetur præfate Congregationi heremitarum Fratris Petri de Pisis, dantibus tamen & effectualiter assignantibus heremitis ipsis præfate Præceptoris S. Joannis a Templo, & ipsi Rev. Domino Aloysio Marcello pro se & successoribus tot bona immobilia, ex quibus annuatim redditus & proventus Ducatorum vigintiduum auri in evidentem utilitatem percipi possint: in quo etiam Præceptoris & Sacro Hierosolimitano Ordini provisum fuerit, nobis supra quam dici possit gratum futurum est, quum identidem provisum videbimus Venerandæ Congregationi prædictæ, & in persolvendis Divinis Officiis commode & laudabiliter (1) necnon animarum Cura majori diligentia per ipsos heremitas exercebitur: Quæ omnia ad Reverendissimæ Dominationis Vestre immortalæ cædem commendationem & gloriam.

1. In exemplari deesse videtur, se gerent, vel aliud simile.

Aloysius Marcellus Eques Jerosolymitanus locat Fratribus nostris locum S. Martini in urbe Tarvisii.

N

1513. 7. Novembris.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ Magdalene Tarvisii.

IN Christi nomine. Amen. Anno Nativitatis ejusdem Millesimo quingentesimo tertio-decimo, Indictione Prima, Die vero Lunæ Septimo Mensis Novembris. Reverendus Pater & Dominus Aloysius Marcello Eques Hierosolimitanus & Prior Parochialis Ecclesiæ S. Joannis a Templo Civitatis Tarvisii quo meliori modo potuit & sibi licuit per se & successores suos titulo locationis dedit & denuo locavit & renovavit quandam locationem alias factam & stipulatam ut dicitur manu Ser Jacobi de Zermano Notarii publici sub Die Tertiadecima Maji, ad quam in omnibus relatio habeatur, in personam Reverendi Patris & Domini Fratris Philippi de Urbino Ordinis & Societatis B. Petri de Pisis Monasterii S. Mariæ Magdalene de Tarvisio præsentis & conducentis suo ac nomine Minorum Fratrum Conventus & Monasterii præfati & successorum per triennium & tres annos proxime futuros incipiendo tempus præsentis locationis ad Festum Omnium Sanctorum proxime præteritum, conducentium videlicet domum & ortum Ecclesiæ Parochialis S. Martini de Tarvisio cum omnibus Juribus habentibus & pertinentiis suis ac Cura animarum dictæ Ecclesiæ annexa nominatim pro affectu & nomine affectus decem Ducatorum auri dandorum & solvendorum annuatim & singulis annis hoc modo, videlicet nunc de

præfati Ducatos quinque auri quos dedit & exbursavit in prompta & numerata pecunia in præsentia mei Notarii & infrascriptorum testium dicto Domino locatori præfati & recipienti: & alios quinque Ducatos auri dare promisit & promittit pro Carnis privio proxime venturo. Cum hoc quod dictus Prior nominibus quibus supra ponere debeat & tenere unum idoneum Capellanum ad Curam animarum præfate Ecclesiæ S. Martini, qui tamen prius præsentetur antedicto Domino locatori, & ita præsentatum ipse Dominus locator approbare debeat prout sibi placuerit. Et e converso præfatus Dominus locator contentatur & vult quod antedictus Dominus Prior nominibus quibus supra possit & valeat pro commodo suo & suorum Fratrum construere & ædificari facere suis sumptibus & expensis quinque cellulas prope dictam Ecclesiam; hac tamen conditione & pacto solemniter inter partes vallato, quod si & quando contigerit præfatum Dominum Priorem Fratres & successores ex dicto loco sua sponte recedere, tunc & eo casu omnia & singula melioramenta facta per eum & eos remaneant, & remanere intelligantur prædictæ Ecclesiæ S. Martini. Si autem præfatus Dominus locator aliquo tempore comeatum daret præfato Domino Priori & Fratribus prædictis, tunc & eo casu dictus Dominus locator sit obligatus & teneatur solvere dare & restituere omnia

nia melioramenta in dicto loco facta per antedictum Dominum Priorem & Fratres prædictos, prout & secundum extimatum fuerit per peritos in arte sua duos communes amicos. Quæ omnia & singula præfati Domini contrahentes hinc inde vicissim solemnè stipulatione una pars alteri promiserunt & promittunt attendere observare nec contra facere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa de jure vel de facto sub pœna restitutionis damnorum & expensarum litis & extra: qua soluta, vel non, omnia & singula in præfenti Instrumento semper firma perdurent. Pro quibus omnibus & singulis firmitus observandis una pars alteri obligaverunt

per se & successores suos omnia & singula sua bona mobilia & immobilia, præsentia pariter & futura. Actum Venetiis in Contrata S. Gregorii in domo habitationis prædicti Domini Alovissii locatoris: præsentibus discretis viris Domino Bartholomæo Volante qnd. Dom. Ludovici Cive Tarvisii, & Domino Ventura de Canali qnd. Dom. Gregorii de Contrata S. Cassiani testibus ad hæc specialiter habitis vocatis & rogatis.

Ego Presbiter Antonius Spiti publicus Imperiali & Veneta auctoritatibus Notarius superscripti Instrumenti locationis Copiam ex meo autentico protocollo fideliter exemplavi, & in fidem præmissorum me subscripsi.

Litteræ Ducales Leonardi Lauredani Ducis Venetiarum, quibus præcipitur, ut lapides diruti Monasterii nostri Tarvisii construendis mœnibus addicti solvantur Fratribus nostris.

O

1516. 28. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ Magdalene Tarvisii.

Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & Sapientibus Viris Nicolao Vendramino de suo mandato Potestati & Capitaneo, ac Aloysio Barbaro Provisor nostro Tarvisii fidelibus dilectis salutem & dilectionis affectum. Li Venerab. Religiosi Frati de S. Maria Magdalena havevano fora de questa Città de Treviso come vi è noto uno suo Monasterio, el qual li fu ruinato per l'afficuratione e fortification di quella: & volendo far uno Monasterio in quella Città per lor habitatione hanno bisogno de le pietre & ruine de ditto suo Monasterio ruinato. Et perche, come è sempre stato & è costume & intencion nostra, volemo che a cadauno sia dato il suo, & maxime alli lochi pii per la Religione havemo alle cose Divine & alli suoi

Ministri & cultori, desiderando etiam che quelle importantissime fabbriche & bastioni si deduchino a perfectione, & cognoscendo quelle pietre essere necessarie a questo effetto; pero ve imponemo efficacemente che dobbiate satisfar & pagar a essi Vener. Frati tutte quelle piere sono restate de dicta ruina del Monasterio a quel pretio & cum quel modo & ordine sono state pagate le piere a quelli altri che havevano Case fora de quella Città, che sono stà ruinate per ditta causa, & maxime alli Vener. Frati de S. Maria de Jesu (1) secondo per nostre ultimamente vi scri-
vessimo de di primo del instante.

Dat. in nostro Ducali Palatio Die Vigesima octava Aprilis, Indictione Quarta, Millesimo quingentesimo sexto decimo.

1. Cœnobium Congregationis S. Mariæ de Jesu erat Jesuatorum extra mœnia, quod pariter dirutum fuit Anno 1513. sicuti alia.

1517. 1. Aprilis.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ Magdalene Tarvisii.

Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobili & Sapienti Viro Nicolao Vendramino de suo mandato Potestati & Capitaneo Tarvisii fideli dilecto salutem & dilectionis affectum. Per la introclusa Supplication vedrete quanto dimandano a la Signoria Nostra li Ven. Frati dele Madalene del Ordine di S. Sebastiano de questa Città nostra, ricercando essere suffragati, subjungendone essere stà tolte pietre del prefato suo Monasterio rovinato, & poste in li ediffitii de quella Città da mille miara, li et sia stà tenuro conto de miara quattrocento trenta, de le qual han conseguito Lire cinquecento. Abbiamo

pertanto statuito per le presente rimetterlo a voi, volendo che costandovi essi Frati el ditto numero de mille miara de piere esserli stà tolto & posto in bisogno de quelle fabbriche debiate con quella destrezza che la possibilità de quella Camera porta, le venghino pagate a parte a parte a quel pretio che revera valeno, & farano estimate. Verum quando haveste altro in contrario, supersedendo a questa executione ne darete aviso.

Dat. in nostro Ducali Palatio Die Primo Aprilis, Indictione Quinta, Millesimo quingentesimo decimo septimo.

Venetus

Venetus Senatus concedit Fratribus nostris portionem fundi pro construendo novo Cœnobio intra mœnia Tarvisii.

P

1519. 1. Martii.

Ex Autographo in Archivo S. Mariæ Magdalenæ Tarvisii.

Leonardus Lauredanus Dei gratia Dux Venetiarum &c. Nobilibus & Sapientibus Viris Francisco Mocenico de suo mandato Potestati & Capitaneo Tarvisii, & Successoribus suis fidelibus dilectis salutem & dilectionis affectum. Significamus vobis, quod hodie in Consilio nostro Rogatorum capta fuit Pars tenoris infra scripti, videlicet. L'anderà Parte che alli Vener. poveri Religiosi Frati Observanti di S. Maria Magdalena di Treviso del Ordine di S. Sebastiano di Venetia, il Monasterio de quali fu ruinato per la fortification di Treviso cum grave loro jactura, & posto in comune Campi tre quarti tre e mezzo, & tavo-

le sei di terreno, sia concesso per autorità di questo Consiglio in ricompensa de ditto terreno doi terzi di uno campo, & tavole trentasette nel loco che per la risposta del Podesta & Capitaneo nostro di Treviso hora letta è dichiarato & consigliato. Quare auctoritate suprascripta mandamus vobis, ut suprascriptam Partem & omnia in ea contenta observetis & ab omnibus inviolabiliter observari faciatis, presentesque ad Successorum vestrorum memoriam registrari facite, & presentanti restitui.

Dat. in nostro Ducali Palatio Die Primo Martii, Indictione Septima, Millesimo quingentesimo decimo nono.

1519. 12. Martii.

Ex Autographo in eodem Archivo Tarvisii.

IN Christi nomine. Amen. Anno ejusdem Nativitatis Millesimo quingentesimo decimo nono, Indictione Septima, Die Sabbati Duodecimo Mensis Martii Tarvisii in Officio Cancellariæ. Cum per Illustrissimum & Excellentissimum Ducale Dominium Venetiarum ex Parte capta in Excellentissimo Consilio Rogatorum Venerab. Dominis Fratribus Observantiæ S. Mariæ Magdalenæ de Tarvisio Ordinis S. Sebastiani de Venetiis, quorum Monasterium usque ad solum Bellorum proxime præteritorum tempore pro hujus urbis tutela & reparatione dirutum ac demolitum extitit cum non modica eorum jactura & damno, gratis ac amore Domini datum ac concessum fuerit quoddam terrenum positum & jacens in terra nova a parte S. Thomæ istius Civitatis quantitatatis duorum tertiorum Campi unius & tabularum triginta septem intra confines infra scriptos, prout de præmissis patent Literæ prælibari Excellentissimi Consilii Rogatorum Diei Primi Martii proxime decursi. Quibus autem Literis receptis visis ac lectis per Magnificum & Clarissimum Dominum Franciscum Mocenico pro eodem Illustrissimo & Excellentissimo Ducali Dominio Venetiarum &c. Tarvisii ejusque agri Potestatem & Capitaneum dignissimum, earumque percepto tenore & continentiâ ipsas commisit jussit & mandavit in omnibus prout in eis ad unguem executioni demandari.

Die, Millesimo, ac Indictione quibus supra, retulit Christophorus de Castro franco Præco publicus Communis Tarvisii se hodie una cum Ser Joanne Gaspardo Rambaldono Notario ac Civē Tarvisino ac Cancellariæ Prætoris Coadiutore mandato præfati Clarissimi Domini

Potestatis & Capitanei pro debita præstatarum Literarum executione contulisse in terram novam a parte S. Thomæ, & ibi in tenutam & corporalem possessionem, presentibus testibus quibus infra posuisse ac induxisse Venerab. Dom. Fr. Philippum de Urbino Priorem, & Fr. Bartholum Vicentinum Vicarium Monasterii prædicti ibidem presentes & recipientes vice ac nomine ceterorum Venerab. Dominorum Fratrum dicti sui Conventus & Monasterii de prædicto terreno, de quo supra posito in dicto loco terræ novæ infra hos confines, videlicet ab oriente Magister Bernardinus Proto de Caravagio murarius mediante quodam alveo foveæ veteris, a sero Hospitalis S. Mariæ battutorum Tarvisii partim, & partim Abbatia de Narvisia, ac partim illi de Novello, a meridie via communis, & a monte strata nova publica &c. ipsos Dom. Venerab. Fratres per dictum terrenum conducendo, de terra & herba in eorum manibus apponendo, & generaliter omnia & singula faciendo, quæ in similibus fieri consueverunt &c. Laus Deo. Præsentibus Magistro Bernardino Pistore qnd. Bartholomæi, Magistro Georgio Cerdone qnd. Stephani, Magistro Blasio Citaro qnd. Girardi, & Magistro Hieronymo qnd. Philippi Carario testibus rogatis & ad hæc specialiter convocatis, & aliis.

Ego Liberalis de Prosda qnd. Ser Gabrielis publicus Imperiali auctoritate Notarius Civis incolaque Tarvisii ac Cancellariæ Clarissimi Dom. Potestatis & Capitanei Coadiutor hoc præsens publicum & autenticum Instrumentum & omnia ac singula in eo contenta scripsi & annotavi & in hanc publicam formam redegei, & in præmissorum fidem subscripsi signumque meum solitum & consuetum apposi.

Capitulum Lateranensis Basilicæ facultatem concedit erigendi Ecclesiam S. Mariæ Magdalene Tarvisii.

Q

1521. 13. Novembris.

Ex Autographo in Archivo ejusdem Cœnobii.

Capitulum & Canonici Sacrosanctæ Lateranensis Ecclesiæ. Dilecto nobis in Christo Priori, & Congregationi B. Petri de Pisis salutem in Domino sempiternam.

Sinceræ devotionis affectus, quem ad Sacrosanctam Lateranensem Ecclesiam & nos gerere comprobamini, Nos inducunt ut votis vestris per quæ Divinus cultus suscipiat incrementum quantum ex benignitate Sedis Apostolicæ possumus favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper per vos petitio continebat vos in certo fundo suis finibus terminato per vos nobis donato, prout in Actis Johannis Matthæi Zibetti Civis Tarvisii Norarii plenius continetur, Ecclesiam sub vocabulo S. Mariæ Magdalene erigere desiderare, dummodo si & postquam ædificata fuerit illam vobis ac vestræ Congregationi uniremus atque annecteremus. Et propterea ut ad hujusmodi vestrum desiderium accedere dignaremur humiliter supplicatis. Nos itaque attendentes opus hujusmodi futurum Christifidelibus non inutile, una cum Reverendo in Christo Patre & Domino Jacobo Episcopo Maricano Reverendissimi in Christo Patris & Dom. Dom. Alexandri Episcopi Tusculani Cardinalis de Farnesio nuncupati Archipresbiteri Lateranensis Vicario in loco nostro Capitulari ut moris est congregati, vobis in dicto nostro fundo Ecclesiam prædictam cum Campanili campanis Altaribus & aliis ipsi Ecclesiæ necessariis membris ab omni prorsus præterquam Sedis Apostolicæ & nostra Superioritate exemptam erigendi, & in eadem Ecclesia Sacerdotes qui Missas ibi & alia Divina ibi celebrent Officia vestro & successorum vestrorum arbitrio deputandi licentiam & facultatem concedimus: eandemque vobis & Congregationi vestræ prædictæ unimus annectimusque, reservantes nobis & successoribus nostris censum annum unius Libræ ceræ in Nativitate Domini perfolvendæ. Et quoniam in hujusmodi

fundatione primarii lapidis benedictio, & postquam Ecclesia ipsa ædificata fuerit necessario illius consecratio requiruntur, cuicumque Reverendo Antistiti quem duxeritis eligendum, & quem per præsentem gratiose requirimus ad hujusmodi Benedictionem Consecrationemque obeundas, omnimodis nostras vices tradimus. Et ut ad hujusmodi Ecclesiam ornamentis Ecclesiasticis decorandam eò libentius Christifideles manus porrigant adjutrices, quò ex dono cœlestis gratiæ uberius conspexerint se esse resectos; omnibus per præsentem & singulis utriusque sexus Christifidelibus hujusmodi Ecclesiæ grata impendentibus subsidia eandemque devote visitantibus in singulis Beatissimæ Virginis, ipsius Ecclesiæ dedicationis, Paschatis, & S. Mariæ Magdalene festivitatem decem annos & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis eis in Domino relaxari, eisdemque juxta subsidii quantitatem & devotionis affectum suorum remissionem peccatorum, animarumque ipsarum salutem, aliasque Indulgentias ex indultis prædictis Ecclesiæ Lateranensi perpetuis futuris temporibus duraturis concessis misericorditer consequi significamus. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium præsentem Literas Camerariorum nostrorum manibus subscriptas, nostrique Capitularis Sigilli appensione munitas fieri jussimus. Datum Laterani Anno a Nativitate Domini Millesimo quingentesimo vigesimo primo, Idibus Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Dom. Leonis Divina Providentia Papæ Decimi Anno Nono.

Lucas Antonius Federicus Canon. & Camerarer. Lateran. subscrip.

Paulus Juvenalis Canon. Later. pro Dom. Joanne Baptista Concanonico & Camerario absente de mandato.

Nuncius Apostolicus Venetiis residens declarat locum Convertitarum erectum Tarvisii non esse appellandum S. M. Magdalene.

R

1555. 1. Maji.

Est in nostro Bullario.

Sixtus Quintus Pontifex confert Capellaniam S. Crucis de Lancenico (quæ spectabat ad Monasterium nostrum Tarvisii) Theodoro Zino Veronensi.

S

1587. XI. Augusti.

Est in nostro Bullario.

Idem Pontifex committit Flaminio Plato Causam inter Fratres nostros Tarvisii, & Theodorum Zinum de Capellania Lancenici.

T

1588. Mense Octobris.

Est in nostro Bullario.

